

1608 14. 7. Ibris.

Ex Ms. Sapiehami. P. Aug. Regni. 249

Sigismundi III Dei gratia Regis Poloniae Suetica  
Magniq; Ducatus Litt, Rusie, Prusie Maso  
vie, Samogitie, Livoniae etc: Principis, nec  
non Hereditarii Regis Sveciae, Magni Ducis  
Finlandiae etc: Dni Nri Clementissimi, autho  
ritate Regni Publica, Generalis in Livonia Com  
missarius Joannes Carolus Hockiewicz Comes in  
Szklow et Bychow, Dnus in Myrzy etc Capitaneus  
Samogitie et Depati Mag: Duc: Litt: Supremus  
Exercituum Praefectus etc: designatis Suetiis ad tra  
ctand Livoniae Pacem Commissariis, Magno Bro  
he Nicolas, Bielke, M: Petro Kenicio. M: Lauren  
tio Paulino, significo lras Vras de data 17. Septem  
bris michi esse redditas, quibus Sententiam meam  
de Pace vel Induivis, deq; loco conveniendi denuo  
exquiritis. Ego vero Deum testor et Conscientiam  
quem admodum antea semper ita vel maxime  
nunc Nichil magis michi cordi esse, quam ut  
innocenti Christianorum Sanguini parcatot, ideoq;  
non invitus mansfeldio Vro Induicias petenti, ad ul  
timum usq; Octobris, anni currentis ex Consensu  
S. R. Mris Dni Nri Clemens bona fide indulsi, ipsu  
autem principale negocium de perpetua pace, aut lon  
gioribus Induivis, quod publicam Auctoritatem requi  
reret ad Mtem suam et Ordines Regni in Proximis  
comitiis reieci, neq; Ignorare vos credo, nomodo has Indu  
cias, in Conventu Nuper Cracovien: a Senatoribus Re  
gni, Sigillis et Manuum subscriptione confirmatas  
in manus ipsius Dni Vri Caroli per Captivos Nros Wir  
sillonem et Inarski esse traditas, sed et Commissarios  
ad tractandum hoc Pacis Negotium una mecum de  
putatos. Jam itaq; Candide et sincere vobiscum agen  
temq; serio aggressuri, postquam sumptibus non exiguis -

82 83

Kowe Listy urz gotujemy. Ueym k w drukidze

pro

Musica Prusica Italia



exiguus prout dignitas sue M<sup>ts</sup> et Negotii Magnitu-  
do flagitat in Provinciam venimus, Arces interim du-  
numundum, et Hohenhausium Nobis securis, et fidem  
vobis habentibus, contra fas et equum, contraque  
ra etiam Inhumanarum gentium, non tam virtu-  
te Militari quam fraude et impostura creptas, ac Pro-  
vinciam ferro ac flammis infestam miserę Depopu-  
latam invenimus, Qua rei indignitate, et admiratione  
tantę perfidię stupefacti Collegę mei Domum quę sua  
se recepit, Ecce germanam sapius iactatam Mansfel-  
di v<sup>ri</sup> fidem, quam si ille impune tulerit, que porro fides  
partis v<sup>ris</sup> habebitur. Quam obrem cum neq; vobis neq;  
Dno v<sup>ro</sup> de quibus Sinceriora Nobis pollicemur hoc fa-  
ctum imputemus, sed Inveni illi rei Militaris nondum sa-  
tis docto, et labem existimationis in Hungaria, et prete-  
ritis Livonicis expeditionibus contractam hoc modo cor-  
rigere nitenti, si fidem in posterum dicta et facta v<sup>ra</sup> me-  
veri desideraretis reddantur arces, vobis uti credimus incon-  
sultis per Mansfeldium dolo Captę, ac res planę in eis  
restituantur statum, in quo fidei date fuit tempore  
Luo factę Induicias communicato cum Collegis meis  
non procul hinc habitantibus consilio, proregare non  
gravabor, et causam perpetue Baiis, aut ulteriorum  
induiciarum, in Comitibus Regni Imminentibus, eã fide  
et Diligentia tractabo quam ipsius Provincie et Re-  
gni utriusq; ratio, sanguinisq; jam satis profusi com-  
miseratio requirit. Dato ex castris ad Novam Mo-  
lam 7 Octobris Anno 1600.

Joannes Carolus Chochiewicz  
mpps  
1600